

mōribus honestate in sancte coluit; non ignarus, si quis innocentiam multum int̄itūat commendare alijs, cum ipse nocens reperiatur, cum quantum docendo ædificat pridiē, tantum malo exemplo detruere potuisse.

Evidem nullum ferme hominum genus est, in quod ita omnes oculos coniiciant, atq; in doctores Ecclesiæ: quorum etiam levissimi nāvi Lyncæos iniquorum judicium oculos non possunt effugere; Id ergo probè cognitum habens LOBECHI us, ita vitā & omnia instituit, ut ne modulus quidē justè haberet, quod Iheonino dente arroderet.

Altera virtus *vigilancia* est. Oportet enim Episcopum quovis Argo esse vigilantiorē, dareq; operam, ne ipso dormiente & negligente, inimicus hominis in agro dominico serat zizania: Vnde & Speculatorēs passim in scriptura dicuntur. Sic & noster Doctor in specula Ecclesiæ constitutus, diligenter non circumspectat tantum, ne via regia domini apud nos consita, ab hoīibus veritatis vastaretur: sed & summa cum vigilancia animiq; alacritate muneric sui partes omnes obivit. Norunt hoc summi, norunt hoc infimi, quibus omnibus absq; ullo discrimine, noctu dieq; sine difficultate ulla promptissimus adfuit.

Porrò si *Aptitudinem ad docendum* cum Paulo requiras: fuit illa in Doctore nostro egregia, & propemodum admiranda. Invenias quidem doctrina præditos non vulgari, qui tamen infeliciter docere populum attentarint. Nostro vero Doctori utrumq; liberaliter divina concesserat benignitas. Nam non tantum amplectebatur cum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem firmiter, eumq; recte didicerat; sed eundem tanta oris suavitate docebat, tanto verborum ornatu inculcabat, tanto terum pondere tradebat, tam deniq; nervosa dispositione proponebat, ut doct: pariter ac indocti eum & audirent libentissime, & inde omnes plurimum proficerent.